

13.
14.

L. D. B. V.

FESTUM NATALITIORUM
EX QVO OMNIA PIORUM FESTA NASCUN-
TUR IN QVOD RECURRUNT OMNIA



ΘΕΛΑΝΩΡΔΠΩ

PATRE DEO MATER
VIRGINE NATO

INTER COMMUNES TOT GENTIUM PLAUSUS
SINGULARI à SINGULIS HILARITATE

post MDCCIIIdum annum

iteratò libandum

indicit

M. JACOBUS Wilde.
P. P.

1702

RIGÆ,
TYPIS NÖLLERIANIS.



lige! Adeste! Omnes excusite timorem! Erigite atti-
mos! Arrigate aures! Ecce enim gaudium vobis per-
magnum annuncio, quod in omnes effundetur gentes.

Hæc jucundissima cœlestis Praeconis formula est
(a) qvæ ipsa brevitatem immensum complexa so-
rium, cum singulis vocibus, non singulos sed penè
innumerous gaudii ineffabilis fontes in sinum ef-
fundit Pastorum. Jacebant miseri Opiliones, plus de ovibus, qvām
de semet ipsis solicieti, dumq; illas pascebant, ipsi paulatim attriti con-
sumebantur.

*Jam December canus brumaq; impotens
Aquilone rauco mugiebat: (b)*

Jam tetra noctis obductæ & adultæ caligo, terribilem oculis identi-
dem refugientibus objicendo speciem, horrorem incutiebat ingen-
tem. Gemono ergo gelu perusti rigebant: Alterum membra cor-
ripiuerat gelida; alterum pectora pervaaserat timida, Accedebat
qvod maximum dicitur, *pervigil a malum* (c) qvod vires exhauserat
omnes; tum inanis mentis perterritæ stupor, qvi umbram sæpè sui
reformidans corporis, in ipso, qvod ajunt, sole ealigare & nanos
in gigantes vertere solet. Tantis jam fractos malis, qvis miretur,
profus velut exanimatos jacuisse, qvum insperatâ luce & lectissima
celitum legione subito circumfunderentur, siquidem illis, tanquam
meticulosis infantibus, *Præsides* sui *Manes* (d) immanes videbantur,
maniae, & limpidae lucis radii horrendos referebant cirros? Sed
qvod eos sic exanimatos unica cœlestis Genii vox animare potue-
rit, id mirandum omnino est. Mirandum tamen multò magis esset,
si mirificum Orationis vividæ effectum, qvi in *pastoribus* fese exse-
ruit, in cordibus nostris nos, qvos Dominus Dominantium consti-
tuuit

(a) Luc. 2. v. 10. (b) Mart. Lib. 1. Ep. 50. (c) Justin. lib. 24. c. 8. (d) Ma-
nes Dii Præsides latenter, qvos inter sunt, Cuninae propter cunas Ru-
minæ propter rumas. Cato de lib. educ.

tuit animæ nostræ pastores (e) nullum animadverteremus, cum illud Angeli Epiphonema, toties vel hodie ingeminetur: *Excute timorem! Erige animos! Arrigate aures!* Quid nos ergo timorem & torporem excutimus! Arrigimus aures! Erigimus animos! & attentius ab attonitis pastoribus discimus nova illa spectacula mirari! discimus à lœtis lœti rimiri *To p̄p̄ca T̄l̄o T̄z̄z̄v̄os* (verbum, quod factum est) & si oculis nostris non valemus assequi, quod illis licebat, vel falsitatem ab oculis discimus animo remandere ac ruminare dulcissima gaudia, quibus pastores quondam pascebantur! Sed metus, tristitia, comes, desperationis præcursor, & lœtitia divitiae spei siboles germana, in ejusdem pectoris sive tecto sive lecto nunquam vel stabulari una vel concubere amant, quin sese invicem expellant; Non enim

Serpentes avibus geminantur, tigribus agni (f)

Illum ergo ejicito, qui, ut haec ad se divertat, expetit! Repudium illi renunciato, qui hujus ambit connubium! Gaudium enim amplum, quo nostra perfunduntur pectora, totum occupat hominem, & in omnes diffusum venas, sanguinem neque timoris frigore conglaciare, neque horroris nive concrescere sinit, neque socium admittit affectionem, sed Regis instar omnes hominis ex hilarati artus, quibus fovet, movet. Hujusmodi quidem fuit lœtitia, Archimedis valde vehemens, sed & vehementer calida ac fere ridicula, quia, ob inventam auri & argenti permisti rationem, e balneo quondam excitatus, domum nudus cucurrit, clamans: *euρηκα, euρηκα.* Vix evidem Heraclitos puto, licet ab Horatio præmonitos: Spectatum admissum teneatis amici! (g) cachinnos temperaturos aut manum repressuros fuisse, quin ex ferte police hunc Najadum Nepotem demonstrasset, addita exclamatione: Ecce gaudium magnum! Sed longe majus est, quod quasi digito indice ostensurus summum Dei Legatum signanter his indicit: Ecce annuncio vobis gaudium magnum! Licet enim illud nos nudos in publicum non protrudat, & tanquam lymphaticos omnibus propinet deridendos; denudatis tamen omni iustitiae ornari ac divina gratia exuris, nudum in praesepi Jesulum demonstrat, qui nuditate sua nos tegit, ornat, protegit, quod gaudium est nostrum & gaudii nostri fons & scaturigo. Meliori enim iure, ac Titus ille Romanorum, *amor & dicitum,* quin & gaudium, & solatium unicum generis humani salutabitur. (h) Adhæc Nuncius ille Sanctus haud frustra suum *euρηκε* (invenietis) nobis ingerit. Possimus enim hilares illud Philosophi *euρηκα* ingeminarer, quippe qui aurum modò quoddam inscrutabili & incomprehensibili argento commixtum reperimus; siquidem aureus Jupiter (Juvans sanè Pater) in Virginis depluit gremium, & adsumptam hominis naturam ab omni macula repurgatam suæ unit Deitati: Quæ quæsto auri ac argenti licet ab omnibus scorii separati permitti, huic sanctissimæ unioni comparari potest? ô itaque verè magnum quinimum maximum gaudium! ô nuncium verè lœtum, qui non immerito in Sacra pagina *euαγγελίζεται* dicitur! Sed non sùo tantum valore per ampla est hujuscē diei lœtitia, verum etiam si terminos species, quibus circumscrilbitur infinitis, amplissima est. Quocunq; enim clarissimum solis jubar radios spargit suos, eò ferventissimum hocce gaudium vergit atque ad gelidos usque triones pergit, quos lœtitiae fervore incalescere facit, glacialem dissolvens timorem. Scilicet *εσαὶ πνεῦμα τῷ λαῷ* (omni erit populo) ut vaticina Angeli Oratio attonitis inculcat pastoribus; ubi non temere nec otiosè *euαγγελίζεται* meō quidem judicio ponitur: Si enim omnes orbis plagas percurrere liceret, ubique lœtum hocce tempus non tantum exceptum, sed & expectatum inter inumeros plausus & festiva jubila deprehendas, ut videatur omnino Enallage temporum, Hebræis alias usitata, huic subesse phrasit. Neque enim solus

(e) Apoc. i. v. 6, & c. 5. v. 10. (f) Horat. in Art. Poët. v. 13. (g) Id. in Art. Poët. v. 5.

gatus signanter his indicit: Ecce annuncio vobis gaudium magnum! Licet enim illud nos nudos in publicum non protrudat, & tanquam lymphaticos omnibus propinet deridendos; denudatis tamen omni iustitiae ornari ac divina gratia exuris, nudum in praesepi Jesulum demonstrat, qui nuditate sua nos tegit, ornat, protegit, quod gaudium est nostrum & gaudii nostri fons & scaturigo. Meliori enim iure, ac Titus ille Romanorum, *amor & dicitum,* quin & gaudium, & solatium unicum generis humani salutabitur. (h) Adhæc Nuncius ille Sanctus haud frustra suum *euρηκε* (invenietis) nobis ingerit. Possimus enim hilares illud Philosophi *euρηκα* ingeminarer, quippe qui aurum modò quoddam inscrutabili & incomprehensibili argento commixtum reperimus; siquidem aureus Jupiter (Juvans sanè Pater) in Virginis depluit gremium, & adsumptam hominis naturam ab omni macula repurgatam suæ unit Deitati: Quæ quæsto auri ac argenti licet ab omnibus scorii separati permitti, huic sanctissimæ unioni comparari potest? ô itaque verè magnum quinimum maximum gaudium! ô nuncium verè lœtum, qui non immerito in Sacra pagina *euαγγελίζεται* dicitur! Sed non sùo tantum valore per ampla est hujuscē diei lœtitia, verum etiam si terminos species, quibus circumscrilbitur infinitis, amplissima est. Quocunq; enim clarissimum solis jubar radios spargit suos, eò ferventissimum hocce gaudium vergit atque ad gelidos usque triones pergit, quos lœtitiae fervore incalescere facit, glacialem dissolvens timorem. Scilicet *εσαὶ πνεῦμα τῷ λαῷ* (omni erit populo) ut vaticina Angeli Oratio attonitis inculcat pastoribus; ubi non temere nec otiosè *euαγγελίζεται* meō quidem judicio ponitur: Si enim omnes orbis plagas percurrere liceret, ubique lœtum hocce tempus non tantum exceptum, sed & expectatum inter inumeros plausus & festiva jubila deprehendas, ut videatur omnino Enallage temporum, Hebræis alias usitata, huic subesse phrasit. Neque enim solus

(3)

(h) Svet. in Vesp. c. 13.

Abra-

Abraham, hospes inter Chaldaeos & exil, exiitavit, qvod visura
eret hanc lucem exoptatissimam, neq; solus *Simeon* gaudium illud
mortere redimere voluit, sed ubiq; gentium multis retro seculis laetum
hunc diem sumere solenne fuit. Excurras licet ad Nabathaea regna,
qvae orientem prima salutare solem solent. & gaudeas cum illis! Et
in Hesperio etiam littore, qvō occiduum mergitur sidus, nunc jam
gaudio perfunderis largissimō: Reperies enim Hebraeos, qvibus
ob peculiarem Ezechielis contra Aegypti Pharaonem prophetiam
haec ferē tempora peculiari festivitate transigebantur (i) Invitaber-
is à Romanis ad Saturnalia, qvæ festivā solennitate peragebantur, ut
apud Graecos qvondam, à qvibus hoc festum ad Romuli posteros
est traductum, aut ad Opalia, qvæ Opī Matri Deūm mense Decem-
bri celebrabantur, aut (si qvām proximē ad hodiernum accedere
diem libet) ad Juvenalia, qvorum secundus dies in VIII. Cal. Jan.,
qui in fastis Christianorum 25. Decembr. est, incidit (k) Verum se-
ptentrionis etiam populi qui sub cœlo vivunt rigido atq; frigido,
suum testabuntur gaudium, lautis enim mensis te adhibebint, &
Julii suis placentibus (l) tibi placere cupient, qvib; s̄ olim sive *Freium*
suum, sive *Solem* sive alium qvemcunq; Deum placare studebant.
(m) Qui verò in Aprilem diem Domini nostri natale in reponunt
(n) illis *hæc apud Arheniensēs Apollini sacra*, qvæ apud Cyre-
naeos *xápea dicebantur*, item apud Romanos natalis urbis, Agona-
dia, Floralia & qvæ sunt alia longe plura festa, superstitionis plena,
sed solenni tamen laetitiā peracta obviabunt (o) Neq; illis, qui Majo-
mensi magis favent, (p) deerunt festiva omnia ium gentium gaudia,

qui
(i) Gabr. Bucellinus, in Cal. Hebr. (k) De omnibus hisce Conf. Rosin.
in Antiqv. lib. IV. c. 16. ubi qui de singulis scripsierint, notatum leges.
(l) Conf. Bircherod. in Antiq. Jul. Orat. de Placent. Juliis. (m) Schef-
fer. in Upsal. Antiq. cap. 16. p. 303. & f. (n) Micrael. in Syntagm. hist. Ec-
cles. lib. 2. Sect. 1. Qvæst. IV. p. 3. (o) Rosin. l. c. & Bucel.. in Calend.
Hist. (p) Micrael. l. c.

qvibus communi huic laetitiæ, qvam Fecialis Dei prænunciat, præ-
lufisse videntur. Sed his omnibus illud Græcorum ingerimus, qvod
servis, qvibus, dum anthisteria durabant, Domini solenni ritu mini-
strare debebant, dici solebat: Ήγέρε κάπες σὺ εἰ ἀδινέσπια (Foras
Cares! non amplius Anthisteria) Hæc enim dies non Pharaoni
Aegyptiaco, sed infernali Duci fatalis est, utpote qvā heros ille nasci-
tur, qui eternis tenebrarum catenis eum vincere, & cerebrum ejus com-
minuere poterit. Hæc dies Saturnalium gaudia gaudiō longe ma-
jori qvāfī absorbet. Cessant nunc munuscula, qvæ Saturnalibus
olim vulgus amicorum mittebat. Amicus ille universi generis hu-
mani, cuius volupe est inter homines habitare, Apophoreta multò splen-
didera & ampliora mittit, scilicet filium suum unigenitum, cum quo
nobis omnia donat. Cedat huic pacifico Regi honos Saturno olim
delatus; nam

*Jam redit & Virgo, redunt Saturnia regna:
Jam nova progenies cælo demittitur alto. (q)*

Nascitur certe cum hac Dei sobole illa *avæpūcas* virtus, qvam sub
Sceptro Saturnio floruisse Poëta testatur:

*Vix ego saturno qvengvam regnante videbam,
Cujus non animo dulcia lucra forent. (r)*

Qvid nobis cum Ope Deum Matre, qvam ipsam vanitas hominum
& impia supersticio peperit? Alia nobis divinæ prolis Genitrix est
laudanda, qvæ qvidem opitulari nobis per se nescit, licet identidem
surdas ejus aures fratres illi misericordiæ verē miselli vellicant, atta-
men illum, qui jam nutanti & tantum non labanti generi humano
opem tulit, in suo gestavit utero. Conserescunt jam nunc Juve-
nales Neronis ludii, in honorem barbæ ejus in aurea pixide rutilantis
(s) instituti, ubi Christus & cum eo totus Christianus orbis juve-
nescit. Neq; amplius soli Julia festa libamus, cum sol Justitiæ pu-
blica hæc gaudia pariat, neq; Freio, cum omnes per natum salvato-

rem
(q) Virg. Ecl. IV. v. 6. (r) Ovid. Fast. I. 1. v. 193. (s) Sveton. in Nerone.
c. 12, Conf. ibi Torrent.

rem simus liberi, neq; alii cuidam Regi aut idolo, tollit enim veri Dei
præsentia hæc fictitia Numina, & qvod de Canuti Regis festo Wormius
refert ductum esse proverbium: (t) *Qui venit expellit mox Julia* lauta Canutus, id de natalitio Christi optimo jure dicitur. Hoc enim
antiqua Julia jubila expellit, sed tamen non penitus abrogat, cum
sobrie lætari ac parvulo litare Domino non permittat modo, sed &
injungat. Huic etiam Aprilis facer est, siquidem cœlum nobis solus aperit, & ejus recludit aditum. Huic θαργύλια facramus & pri-
mitias offerimus pietatis, cujus fervore pectora nostra incalescere
facit. Huic non urbis unius, sed orbis totius natalis facer est, qvipe
qvi Palilia quasi ejusdem procuravit. Huic Agonalia celebran-
da; qvia in agone constitutus acerrimo, pro nobis depugnavit. Huic Floralia dicamus; jam enim deflorueramus, nisi ejus flore reflor-
issimus. Huic deniq; omnia omnium gaudia accepta ferre con-
venit. Eat nunc Piscator (u) & qvi ejus reti implicantur socii & nc-
vum in hisce verbis: ἐσοι παντὶ τῷ λαῷ pisetur sensum, quasi ad
multos tantum homines non vero ad omnes hæc transire gaudia di-
cantur, cum vel Hierosolymis fuerint, qvi nativitate Domini non
gavisi sed terrefacti sint: (w) In aura certe pescabitur, & reclamanti-
bus omnium gentium ac seculorum exemplis, magis mutus erit Pi-
scator, qvām pīscis. Qvin si Hierosolymitani isti eadem laborasse
συλησαπδία dicantur, qva hic noster Hierosolymarius, numqvid
tum forte Piscator iectus sapiet. Sed qvi qvæso poterit aliquos tantum
particulari recreare gaudio, lux illa verissima, qva omnes illuminat ho-
mines? (x) ille, cuius gratia omnibus apparuit? (y) qvi est propitiatio pro
totius mundi peccatis. (z) Tremat ergo ac frēmat, quem nati, Salva-
toris præsentia terret & premit! Vos, qvi Christum & cum eo na-
tam salutem amatis, erigite animos! arrigite aures! accipite nun-
cium! percipite gaudium, qvō omnes perfundentur gentes!

(t) Alias: Sancti Knud drifffver Juulsen ub. in Fastis Danic. l. 2. c. 9. (u) Conf.
Raup, in Bibliot. portat. lib. 3. part. 6. p. m. 578. (vv) Matth. 2. v. 3. (x)
Joh. 1. v. 9. (y) ad Tit. 2. v. II. (z) I. Joh. 2. v. 2.